

*Præco Dei celebris virtute & flumine vocis
LOBECHIVS patriæ flosq; nitorq; jacet.
O hominum fragilis nimium nimiumq; caduca
Vite conditio ! quid sumus ? umbra sumus.
Umbra sumus vitro similes aurâq; fugaci;
Mors, dum nos petimus summa, sub ima trahit.
Vnus post alium, haud casu rament, avolat : ipso
Summa DEO nobis hora iubente venit.
Nec festina pijs mors sed damnosa malignis,
In DOMINO salvi, qui moriuntur, erunt.
Non perit absq; DEI nutu passerculus : illi
Quod placet hoc nobis fas placuisse fuit.
Vita subit curas hæc sexcentosq; labores,
Omnia livor edax omnia turbat eris.
Et varijs afflictâ modis Ecclesia semper,
Crux brevis æternum pondus honoris habet.
Laus tibi servator sit maxime & optime IESU,
A te vera salus non aliunde redit.
Tu quia victor ovas peccati, mortis & orci,
Dia tua est virtus, est tua summa fides.*

EPI TAPHIUM
DOCTORIS THEOLOGIÆ DA-
VIDIS LOBECHII.

*LOBECHIVS Rosæ lumen columenq; Lycei
Hic jacet, hujus amor lausq; decusq; loci.*

IOHANNES FREDERVS
Collegæ & civi dilectiss. cum gemitu
& lachrymis ponebam.

IN